nū propriorū ſenſuū per hoc q̄ eſt quaſi cētrū vnde deriuantur om̄s forme ſenſibiles ita tum retribūtur ſpūs ſenſibiliū organorū et in ipſis forme ſenſibiles ad hec reſpiciuntur ab ipſo itū ſecūs ꝛ relationem habent ad eum ſicut ſibi deſeruientes. Non enī minus refertur ad vnū qd' interius dirigatur q̄ qd' exterius. Sed ī hoc eſt differentia q̄ ad interius recurrentes ſpūs ſequitur virtus ſenſus cōmunis ad exterius a' egredientes informat ꝛ tranſmittit organis ſenſuū ꝑticularium. Si autem in aliquo ſop no non ſit talis ſenſibilitas formarū non fa cit hic min⁹ generalem eſſe diffinitionē phi. hoc enī cōuenit per accidens ex humiditate ſopni et turbatione ſpirituū ꝛ confuſione ſicut ī ferius oſtendemus. per ſe autem ſpūs recurrēs oſtendit formas quas habet ſicut ingrediens repreſentat eaſdem. et huius ſimile eſt ſpeculū qd' conuertitur in duos ſitus. in vtroqꝫ enim repreſentat formā q̄ habet in ſe reſultantem. Eſt igitur ſompnus hoc modo ingreſſus ſenſus cōmunis cum tamen ſit ſimpliciter ligamentū ſenſibiliū organorum. Signū autem eius qd' dictū eſt dicit eſſe q̄ et in vigilia ſepe interius determinetur ſenſus cōīs et ingreditur. quādo videlicet homo circa interiora occupatus conſi derat apud ſe aliquid qd' reſultat in ſpiritu ſen ſibili. tunc enī non aduertit ea que ſunt corā oculis eius eo q̄ forma ſenſus cōmunis tunc detinetur ne diriuetur in organū ſenſus ꝓprii ſicut enim in libro de anima dictū eſt. ſenſus cōmunis ſe habet vt forma et ſenſus proprij vt materia in iudicio ſenſibiliū. et ideo īꝑfectū eſt iudicium ſenſibiliū quando ſenſus cōīs retra hitur ab eis ſicut materialia īꝑfecta ſunt ſine formalibus. Incipit ſcd's tractatus ꝑmi li. de ſōpno et vigilia in quo agitur et ſcdꝫ qd ꝛ ꝓpt' quā cām ſeqt' ſōpn⁹ C. i. p q̄ ꝑte aīe ieſt ſōpnus.

Conſiderandū autem deinceps eſt quare ſiue propter q̄ cauſam prox imā dormiūt et vigilant aīalia et propter qualem ſenſum. ſi ſcdm v nū tantum ineſt ſōpnus vel ſcdm quales plu res ſi ſecundū plures ſenſus ineſt ſompnus dictum autem eſt in tercio de aīa q̄ quedam aīalia habent omnes ſenſus ſicut que dicūtꝫ perfecta et quedā non habent om̄s ſenſus ſꝫ carent quibuſdā ſicut talpa dicitur carere vi ſu. tamen dictum eſt ibidem q̄ ſenſus qui ſꝫ neceſſarij ad vitā. oīa habent animalia ſicut tactum et guſtum et hoc ideo eſt quia iſti ſen ſus ſunt ſenſus alimenti ſine quo nō viuit a nimal niſi ſit valde īꝑfectum et tūc quidem non habent guſtum ſcdm q̄ iudiciū ſaporum eſt ſed tamen habet ipm̄ ſcdm q̄ eſt locus per quem attribuitur alimentū. impoſſibile autem eſt q̄ qualitcūqꝫ vno particulari ſenſu ſentiat

vel vſum ſenſus habeat aīal qd' dormit eo q̄ oēs ſenſus habet clauſos. oportet igitur q̄ paſſio que vocatur ſompnus inſit aīali ſimul per omnes ſenſus. ſi enī ꝑtim ſentiret ſcdm aliquos ſenſ⁹ clauſos per ſompnū et partim non ſentiret per aliquos ſenſus clauſos per ſompnū tunc ſeque retur q̄ aīal dormiendo ſentiret ſimpliciter. qui enim ſcdm vnū ſentit ſimpliciter ſentit ergo ſen tiret dū ineſt ſibi vinculū et īmobilitas ſenſu um vniuerſaliter qd' eſt impoſſibile. q̄ enī ſōp nus ſit vniuerſale vinculū ſenſuū patet ex de monſtratis in antehabitis quoniam autem ex libro de aīa ſcimus q̄ ſcdm vnūqdqꝫ aīal ieſt aliquid ſenſuū propriorum et aliquid ſcdm q̄ eſt ſenſus cōis erit ꝓprium ſicut viſui propriū eſt vi dere ꝛ auditu audire ꝛ ſic de alijs ſcdm vnūqueqꝫ ſenſum. Eſt autem quedam cōīs et formalis po tencia que ſequitur om̄s proprios ſenſus ꝛ eſt q̄ſi centrū ad qd' proprij ſenſus ſua referunt ſenſata et hec eſt ſcdm quā ꝑcipim⁹ q̄ videmus cum videt ſe videre ꝛ cū videt ſe non audire. nō enī viſu videt animal quando videt ꝛ audit ſꝫ ſenſu cōmuni. et hec potencia iudicat etiam et diſcer nit. quoniā alia vel eadē ſcdm ſunt alba ꝛ dul cia faciendo cōpoſitionē et diuiſionē ſenſibiliū propriorū. ſic enim viſu vel guſtu non poteſt diſcerni q̄ alia ſunt alba a dulcibus neqꝫ etiā ambobus hijs ſenſibus ſimul poteſt fieri hoc iu diciū ſed oportet q̄ fiat quadam ꝑticula anime cōmuni que cōiter eſt ſenſibilium vniuerſorum hec autem oīa probata ſunt in libro de anima ſcd'o. ſi autem hic cōmunis ſenſus in ſe vn⁹ et ſuum organum ſentiendi eſt vnum ſcdm ſe ſe cundū tamen eſſe diffinitiuum ſenſibilis vnu iuſcuiuſqꝫ generis eſt diuerſum ſicut ſoni et co loris ꝛ aliorū. et ideo cōponēs inter hoc ꝛ di uidens eſt vnū et multa. vnum quidem in ſu iecto et forma proprij organi. multa autē per materiā ad quā refertur ꝓpriorū organorum vniuſcuiuſqꝫ proprij ſenſus. quia autē omnia hec certificata ſunt in libro de aīa ideo hic cōme morata ſunt tantū. Senſus autē cōmu nis ſe habet ad alios ſenſus ſicut tactus ſe hꝫ ad alios et eſt aptacio ſcdm aliq̄d ſimilis iſti actio enī hec et opatio que per tactū exercē tur maxime ineſt aīalibus. hec enim ab alijs organis ſentiendi ſeparantur et alia ab iſta nl' lo modo ſeparantur ſicut in libro de aīa deter minatum eſt. Sed eſt tamen in hac adap tacione aliquid diſſilē quia cū in quolibet ſen ſu proprio duo ſint neceſſaria ad vſum virtus videlicet et ꝑfecta diſpoſitio organi. virtus ip ſa fundatur ſupra virtutem ſenſus cōmunis que eſt ſuum ꝑncipiū vnde fluxit formaliter diſpoſitio autem organi talis eſt ſicut diſpoſi tio aīalis preter hoc q̄ organū eſt pars ꝛ aīal totū ſecundū ſe ꝛ ſi qd'libet organorū ſecūdum

Non min⁹ refert' ad vnū qd interius dirigat' q̄ q̄ exteri⁹

Sopn⁹ ineſt aīali ſil' per om̄s ſenſus

Sompn⁹ ē vniūſale vincl'm ſenſuum

Simile ē ſpeculū qd' cōūtit' in duos ſitus

Cū videt ſe vi dere et non audire

Forma ſenſ⁹ cōmunis detine ne diriuetur in organū

Sompn⁹ fit ꝑticula aīe cōmuni

Senſ⁹ cōīs ſe hꝫ ad alios ſenſ⁹ ſicut tactus

Quedā aīalia habent omnes ſenſus

Duo ſūt ne ceſſaria ad vſum

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 95, f. 5v – Albertus Magnus, Commentarius in librum de anima and De somno et vigilia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zxc4/8645/65878)